VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. Seite 143r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

se israel adversus philistiim. Cla-
mavit autem populus saul in gal-
gala. Et philistiim congregati
sunt ad preliandum contra israel xxx
milia curruum et vi milia
equitum et reliquum vulgus sicut
harena que est in littore ma-
ris plurima. Et ascendentes
castra metati sunt in machmas
ad orientem bethauen. Quod
cum vidissent viri israelite se mar-
roptos afflicta enim erat populus
absconderunt se in speluncis
et in abditis in petris quoque
et in antris et in cisternis.
Hebrei autem transierunt iordanem
terram gad et galaad. Cumque
adhuc esset in galgala, uni-
versus populus perterritus est qui
sequebatur eum. Et expectavit
vii diebus iuxta placitum samu-
elem. Et non venit samuel in
galgala. Dilapsusque est
populus ab eo. Ait ergo saul,
Offerte michi holocaustum et
pacifica. Et obtulit holocaustum.
Cumque complesset offerens holo-
caustum, ecce samuel veniebat.
Et egressus est saul obviam ei
ut salutaret eum. Locutusque est
ad eum samuel, Quid fecisti.
Respondit saul. Quia vidi quod
dilabaretur a me populus et tu
non veneras iuxta placitos
dies. Porro philistiim congre-
gati fuerant in machmas dixi
Nunc descendent philistiim ad
me in galgala et faciem domini
non placavi, necessitate compulsus
obtuli holocaustum. Dixitque sa-
muel ad saul. Stulte egisti
nec custodisti mandata domini
dei tui que precepi tibi. Quod
si nunc non egisses iam nunc

prepararet dominus regnum tuum super
israel in sempiternum, sed nequaquam
ultra regnum tuum consurget.
Quesivit dominus sibi virum iuxta
cor suum et precepit ei dominus ut
esset dux super populum suum eo quod
non servaveris que precepit
tibi dominus. Surrexit autem sa-
muel et ascendit de galgalis
in gabaath beniamin. Et re-
liqui populi ascenderunt post saul
obviam populo qui expugnabat
eos venientes ex galgala in
gabaa in colle beniamin. Et
recensuit saul populum qui in-
venti fuerant cum eo quasi sexcen-
tos viros. Et saul et ionatha
filius eius populusque qui inventus
fuerat cum eis erat in gabaa
beniamin. Porro philistiim con-
sederant in machmas. Et egres-
si sunt de castris philistiim ad
preliandum tres cunei. Unus
cuneus pergebat contra viam ef-
fraim ad terram saul. Porro
alius egrediebatur per viam
bethoron. Tertius autem verte-
rat se ad iter termini in terra
sabaa in imminentis vallis se-
boim contra desertum. Porro
faber ferrarius non inveniebatur
in omni terra israel. Caverant enim
philistiim ne forte facerent
hebrei gladium aut lanceam.
Descendebat ergo omnis israel
ad philistiim ut exacueret
unusquisque vomerem suum et
ligonem suum et securim et
sarculum. Retunse itaque erant
acies vomerum et ligonum et
tridencium et securium usque ad
stimulum corrigendum. Cumque ve-
nisset dies prelii non est in-
ventus ensis et lancea in manu